



*S. Red.*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relletis.

*G. f. 171.*

Joh: 1,19  
AVSPICII

SVMMI OPTIMI QE NVMINIS  
ET SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI

# FRIDERICI ANTONII

PRINCIPIS SCHWARTZBURGI REL.  
PATRIS PATRIAE DOMINI QE NOSTRI OPTIMI  
AD ACTVM ORATORIVM

NATALIBVS

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

SERENISSIMI QE PRINCIPIS HEREDIS AC DOMINI

DOMINI

# IOANNIS FRIDERICI

PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI  
DIEI SCIL. VIII JANVAR.

SACRVM

PERILL. EXCELL. PRAENOBISSI. CONSVLTISS.  
MAGNIF. SVMME REV. AMPLISSIMOS DOCTISSIMOS  
MAECENATES, INSPECTORES, PATRONOS, FAVTORES

OMNESQ. HVIVS LOCI LITTERATOS  
QVO QVEMQE DECET CVLTV ET STVDIO

INVITAT

IOAN. GOTTHELF ROSA, RECT.

RVDOLPHOPOLI  
LITTERIS LOEWIANIS.

clo 10 cc xxxiii.  
viii Jan.

AV





**P**

Ostquam alio loco de iis veritatis testibus, qui, Christum verum esse Deum verumque Messiam, inuiti pariter & ignari pronunciarunt, ingeniti sui testimonij valore; exposition est; nuper enim eum locum strictum explicimus, quo Christus querendo (a), & Socratis disputandi more infensissimos suis hostes eo adegit, ut obnubentes, Messiam illum esse, tacie admittent: iam iuvat, ut rationes de Domino nostro, & Messia uno rotius orbis, passim in scriptis litteris noui foederis delitecentes, atque facile legentium curam & attentionem fallentes, eruanus, de iis quoque non nihil debibile, quae aduersarii Christi plane & diserte, nec sine confilio, sed memores sui, sed scientes quid dicant, quid agant, elocuti sunt, ita sane, ut Christum, Dominum nostrum, unum verumque esse Messiam, aperte profligerentur.

Publicum illud Ioannis de se & Christo (b) testimonium, cumque sacerdotibus & Leuitis colloquio occasionem praebuit horum testimonia tago validior, quanto ipsi erant malevolentiores, quantoq[ue] magis Christum, quantumvis & dictis & factis probaret restatumque ficeret, se esse illum venturum, illum iam olim promissum, illum tamdiu tamque anxie a Iudeis desideratum expectatumque Messiam; vili eius habitu offensi, auerstantur. Rogatus enim Iohannes, quis esset, non stolidus ait, qui sit, sed confessus ingenuus, nec dissimilans, Christum se esse negat: acute sane; ut videlicet amplius ad sciscientiam eos, inuidia noui ritus-exigitatos, provocaret, ut quicquid querentes confunderet, & ad agnoscendam tamen, si vellent, quam repudabant, veritatem duceret, quemadmodum Christus ipse querens (c) quiescit. Nec fallit Ioannen[ti] novum hoc improbe dissentientes coargundi artificium. Instant, quis vero es? Elias? negat: vacum aliquis? negat idem. Vrgentibus igitur de te respondet verbis Eliaianis, quibus iam olim se defteriptum esse inquit. Querunt scilicet de Elia, memores vaticinii (d) Malachiani, quod melius tenent, quam capiunt, de eo ipso interpretandum, quoem loquebantur, non sensu quidem personali, sed typico de vate, quod Moysen (e) praeclisis scribant, fore, ut Deus vatem illi similem excitat. Poterant hie querendo definire, iam docti factis de Iohanne, quod, quasi ignorant, quæsitorum inerant. Sed sollicitat eos nouitas doctrinarum & ritus: cuius virtusque licetiam exprimat, qui vero baptizas, inquit, si neque Christus es, neque (f) Elias, neque vates? Quibus sane verbis tam aperta, tamque plana de Christo, vero Messia, confessio continetur, ut apertior illa & planior esse non possit. Nam, cur baptizas, qui Christus

filius

(a) Matth. XXII, 41 seqq. (b) Ioh. I, 19 seqq. (c) loc. supr. cit. Matth. XXII. (d) Malach. III, 5. cont. Matth. XI, 14. XVII, 10 seqq. (e) Deut. XVIII, 15. coll. Aft. VII, 37. (f) Elias a Iudeis hodieque expectari, in vulgo notum, qui ova heliodomatis die venturus sit, incepit, ut solent multa, disputant. vid. Liget, hor. H. & T. in Marth. XVII, 10. coll. Hornbeck de convine, Iud. pag. 204 seqq. quem etiam credunt difficulta queaque in legibus expliciturum & dubius omnibus liberaturum. vid. Liget, ad Marc. III, 11. Vix credibile est, quantis de hac re ineptis feant paginae Talmudicae. De eius adventu variam opinionem solidi refellit Friesenmuth, peculi. disrupt. conf. Dorsch, in Marth. XVII, 11 & 12. & in Marc. cap. VIII. Sed qualis Elias aduentus intelligendum sit, explicavit nobis, qui vites multis & habitus est Elias, Dominus noster Marth. XVII, 10 seqq. coll. Marc. VIII, 12 seqq. non illum redditum fel. perlomena sed antitypum, videlicet Ioannem, qui erat spiritu & potentia Elias Iuc. I, 17. promissus Malach. III, 5. Sed Christi quoque typum Eliam exitisse, atque ita eum non imcommodo Eliam dici, dubio caret.

**P**lus non es, dum dicunt, simul dicunt, *Christo licere nouos ritus inducere*, pri-  
ribus abrogatis, & eo quidem nomine licere illi, quod *Messias* esset, ex locis an-  
tiqui soederis (g) compluribus, quibus nouum soodus tempore *Messiae* & cultus  
*Dei* nouus praedicitur & promittitur. Quod quid est aliud, quam dicere, tuum non est  
culum diuinum eiusque ritus mutare: neque enim tu es *Christus*, cuius id vnius est, tan-  
quam *Messiae*. Ex quibus clare factis pater, quem cognoscere atque excipere noluerunt, cum  
tamen confessos esse *Messiam* Iudaicæ gentis sacerdotes, legis diuinæ interpretes & vindi-  
cæs. Hie autem de eo *Christo* sermonem esse, qui nobis *Messias* habent, & de quo, an *Mes-  
sias* olim promissus esset, tum disquirebatur, ex eo quam luculentissime adparebat, quod  
Iesupos eodem loco veteris referri, se de Iesu, ad ipsum veniente, dixisse, en, agnum  
Bui, qui sustinet peccata mundi, quem a se cognitum negat, monstratum sibi diuinus  
& signatum demissi coelitus Spiritu sancto: ad quem eundem postmodis Ioannis discipuli  
duo accelererunt, eum secuturi, quorum alter, Andreas, cum in fratrem, Simonem,  
force incideret, inueniens *Messianum*, inquir, quod graece redditum idem est, quod  
*Christus*: virumque eam verbum lingua differt, significatio (h) idem est.  
b*l*ungi huic maleuolorum testimonio mereur, quod paulo post ab eodem Iesonne,  
qui, quæcumq; ad Christi diuinitatem probondam pertinet, diligentissime omnium expo-  
fuit, atque hunc locum sibi velut pecularem sumit, refertur. *Vulgus non semper er-  
rat, iudicatum iudicat, iudice vero Tacito.* De *Christo* vulgus ita iudicauit, *Christus,*  
*vbi veniet, num plura edet signa, quam hic edit?* qua turbæ imperitaæ non vana fane op-  
inio, sed sententia Pharisæi & summi sacerdotes commoti, miserunt, qui eum cor-  
ripserent, libere quedam dicentes, quibus aliorum in se inuidiam, aliorum admiratio-  
nem excitaret, iudicantibus, *bunc demum sane esse illum prophetam* (quem Iudei ex  
diuini oraculis expectarent); quem eundem alii *Christum* esse dixerunt, quibus alio  
opponerunt, esse vero eum Galilaeum, non Bethlehemi natum, cuius sermone per-  
culsi, qui miseri erant, manus inferre non sunt ausi, rogatiq; cur non comprehendis-  
sent, nemo vnguam, inquit, par huic fuit eloqua. Quid proceres Iudeorum  
quid sacerdos? quorum era multitudinem errantem feruosoq; suis & lictores melio-  
ra docere, qui ipsi ante dixerant, *Christi esse, hoc est Messiae, mutare sacra?* an vos  
etiam, inquit, estis in vulgi errore deducti? num quisquam procerum nostrorum,  
aut Phariseorum in illum credit? populus quidem illi adhaeret, nihil legis intelligens,  
excerebatur. Quid vero hoc est, quam veritatem cognitam quidem habere, sed cognoscere  
nolle, sed tenebras incitantes aliorum mentibus ostendere, easque quasi vinculis ab  
agnoscenda veritate retinere, siam illis auctoritatem obicere, tanquam credendorum  
normam ac regulam, atque ita in se pariter ac in aliis clarissimam veritatis lucem ex-  
flingere, eique caliginem defusimam praefere. Quod etiam faciunt in Nicodemo,  
qui improbos eorum conatus & audaciam legis patriæ auctoritate infregit, quem vero  
conuiciis retinundunt turpissime, Galilaeum (i) friuole appellant, & num quis vnguam in  
Galilaea vates ornis sit, inquire ibubentes, quasi nescirent, *Christum esse Bethlehemi natum,*  
probe memores eorum portentorum, quae illius natalem diem comitata fuerant, splendidis-  
simisque reddiderant. Quid vero denum rabida illa & insana veritatis diuinæ impu-  
gnatione proficiunt? hostes dum esse veritatis fæui in animum induxerunt, sicut ini-  
nisti testes, & quam ingenus confessione nolunt proficeri veritatem, vel simplici  
plebi sua improbabile produci. Vulgi enim, cuius mos est, quemcunque principem  
adulari, admirari magnos, & splendore dignitatis coruscantes, iudicium ramen Chri-  
sto sequimur fuit, qui nihil in speciem præ se cerebar, sed eloquentiae dignitate, doctri-  
nae

(2)

pac

(g) vid. Jerem. XXXI, 31 seqq. Eſ. I, 2 seqq. XLII, 1 seqq. & alibi paſſ. De baptiſmate vero reſte capiuntur Eſ.  
XLIII, 3 seqq. Ezech. XXXVI, 25 seqq. Zach. XIII, 1. conf. præter comment. Galat. arc. cath. verit. lib. X,  
cap. I & II. (h) De ratione vocis *Christus* vid. in primis Schickard Mich. Hammelch. Swiersthef. an-  
tiquit. ecclſ. tom. II, f. 1549. Annd. Lex. antiquit. ecclſ. p. 175 seq. Darchauer Hodof. phæn. VIII, pag.  
666. (i) de Galilæorum à Iudeis diſcrepanzia, & hinc orto horum in eos odio, & nominis ignomi-  
nia vid. Ligkſ. lib. cir. cent. chorogr. Matth. præmiss. cap. LXXXVI. Vide Julianum Parabatam, ut Galilæorum  
per ignominium nomine Christiani appellarentur, iulfissi, testantur Gregor. Nazianz. orat. I in  
Julianum, & Christoforus aduersus Gentiles. vid. de Erſta voc. Galilæos.

nae vi, & operum potentia ita sibi multitudinem conciliavit, ut non duceret aut flecteret, quo vellet, sed veritate moueret, vt non posset non iudicare, neminem vnam ven-  
tum Christum, plura editurum signa, quam Christus ederet. Quod iudicium vanae  
alias & a tenui forte auerse plebis quanto est rectius, quanto dignius, quam corum,  
qui supra vulgus sapere debebant, sed minus longe sapient, impudentissime rerum eu-  
identiae resistentes, qua nihil prius est ad commendandam omnem veritatem, suam  
vero auctoritatem obtinendes illis, qui non credere non poterant, quod deprehendeban-  
t. Quem vero putas vel de faee populi extitisse, qui conceptum semel de Chri-  
sto sententiam abicerit ex eo, quod audire aliquem ex proceribus dicere, num no-  
strum aliquis? nostrum vobis exemplum positum est pro regula; nos sumus illi, qui-  
bus datum est talia iudicare, & tantas compondere lites? Sane ista ratione plebeos ho-  
mines in suo iudicio confirmarunt, & sententiam occultiorum quidem, sed firmorem  
quoque fecerunt. Illi autem, qui Christi corripiendi causa miseri erant, dum iudicant  
fecis ac domini, manus abstinentes ab eo, quem capere iussi erant, hostili in Domini  
num animo non esse non poterunt, dicunt tamen, se parentis eius dicendi & veritatis lu-  
ce ita fuisse praefectos & impeditos, vt ad eum inaudendum nec manus, nec pedes. Quod  
apparatores illi, suis dominis, iudicibus, ac senatoribus acutiores, acuiores & meliores,  
dum impune faciunt, blande saltem & molli brachio obiurgati, quis non videt, et  
iam tun Dominum nostrum, Christum, inimicissimum hominum, initorum quidem, & frendientium, manifesto tamen liquidoque testimonio Messiam esse declaratum.  
Quorum si duram ceruicem cogites, quea nullo veritatis robore potuit contundi, iam  
non amplius miranda, sed stupenda videatur. Quae circa natales Christi gesta erant,  
quea de natalitate fidere tunc attulerant ad Herodem magi, ipsumque adeo commouerant,  
vt inuitus quidem agnosceret, diutini aliquid subesse, diceretque, se etiam venturum  
~~procuraverat~~, hoc est, diuinum cultum exhibitorum; doctrinæ veritatem & vim diuinam,  
miracula, neque ignorare, neque, si vatum oracula consenserent, non esse haec vlliis  
posse, nisi vnius Messiae, negare poterant, neque tamen a fe impetrarunt, vt tam clarae  
veritatis luci cederent. Si enim vel solam natu Christi historiam paulo proprius con-  
sideres, tot et fulget diuinatis indicis, vt mente captus sit, qui, Deum & Messiam  
cum esse natum, non oppido intelligat.

Atque hoc ipsum est, de quo proximo d. XVI Ian. tempore loco-  
que confuero quatuor iuvenes (\*) erecta mente & emendatio moribus sunt  
dicturi, strenas votivas Serenissimo ac clementissimo Patriae Patri, omniq[ue] do-  
mui Schwartzburgicæ soluturi, & in primis natalem diem, qui nuper d. VIII  
Ian. auspiciatissimo fidere illuxit, Serenissimo ac clementissimo Principi nostro Heredi,  
Domino IOANNI FRIDERICO, gvatulaturi, votuisque precibus prosecuturi. Hunc  
festum nostris Muis diem vt Perill. Excell. Praenobiliss. Consultiss. Magnif. summe Reu.  
ampliss. doctissimum Proceros nostri, Maecenates, Inpectores, Patroni & fautores  
gratiosissimi, benevolentissimi, vna cum omnibus, qui litteras non adspersantur,  
splendidiorem sua praefentia faciant, & oratores nostros, qua solent, gratia & benignitate  
audiant, bonarum litterarum magis quam nostro nomine rogamus. Dab. e museo d. VIII  
Ian. clolo CCXXXII.

(\*) Ioan. Christoph. Lunderstedius, Rudolphopolit. de signis & indicis Messiae, quae ratio, de  
Messiae necessitate docta, exigenter, carmine latino elegiaco exponer.

Ioan. Gottlieb Rosa, Saalfeld. de iis documentis, quibus Christus, recens natus, verus Deus  
prodicus est, orat. germ. ager.

Frideric. Guilielm. Noldius, Regislat. Christum hominem omnium hominum eximium perfe-  
ctissimumque natum esse, orat. lat. probabit.

Frideric. Augst. de Reichenstein, eq. Varisc. de Pfeudo - Messii quibusdam germ. carm. decanta-  
bit, & vt priores, vota pia pro clementissimo nostro Mufageta, totaque domo Serenissima  
Schwartzburgica, & pro vita ac felicitate Serenissimi Domini Principis Heredis,  
Domini IOANNIS FRIDERICI nuncupabit, quae Deus rata esse iubet!

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio





Joh. 1, 19  
AVSPICHS

SVMMI OPTIMIQVE NVMINIS  
ET SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI

FRIDERICI ANTONII

PRINCIPIS SCHWARTZBURGI REL.

DOMINIQVE NOSTRI OPTIMI  
VM ORATORIVM

NATALIBVS

DSTRI IESV CHRISTI

PRINCIPIS HEREDIS AC DOMINI

OMINI

S FRIDERICI

MINI NOSTRI CLEMENTISSIMI

SCIL. VIII JANVAR.

SACRVM

PRAENOBILISS. CONSVLTISS.

EV. AMPLISSIMOS DOCTISSIMOS

ECTORES, PATRONOS, FAVTORES

VIVS LOCI LITTERATOS

DECET CVLTV ET STVDIO

INVITAT

THELF ROSA, RECT.

VDOLPHOPOLI  
ERIS LOEWIANIS.

clo 1a cc xxxiii.

viii Jan.

B.I.G.

White

Magenta

Yellow

Red

Green

Cyan

Blue

Black

3/Color

White

Magenta

Yellow

Red

Green

Cyan

Blue

Black

White

Magenta